

ANTH. PAL. V. 143 (MELEAGER)

Heliodora, tua marcet flos fronte coronae;
quae tamen huic fueras ipsa corona, nites!

VII. 553 (DAMASCIUS)

Corpore quae solo uiuebat serua, solutum
en iam nunc ipsum Zosima corpus habet.

IX. 8 (POLYAENUS)

Quam spes usque solet furari tempora uitae!
Anteuenit somnium plurima coepta iubar!

IX. 105

Pinus ego in terra sum conquassata procellis.
Mene dabis, quondam naufraga ligna, mari?

XVI. 169

Sidereos Veneris uultus modo cerne marinae:
„Iudicium“ dices „non ego damno Phrygis.“
Pallada deinde uidens „Nimis, ut fastidiit istam,“
clamabis. „Priamo natus agrestis erat!“

Bedford.

Versio Latina: *G. M. Lee.*